



Romanorum viae militares per Gallicam Belgicam

<https://hdl.handle.net/1874/253335>

ROMANORVM
VIÆ MILITARES
PER
GALLIAM BELGICAM.

Gallia Belgica diuisa.

GALLIAM comatam à se subjugandam (nam togata & braccata iam antea in provincias erant redactæ) C. Julius Cæsar, lib. 1. de bello Gallico, in BELGICAM, CELTICAM & AQUITANICAM diuidit. Gallorum omnium (inquit idem) fortissimi sunt Belgæ, proximi que Germanis, qui trans Rhenum incolunt, quibuscum continenter bellum gerunt.

BELGICA fluminibus Matrona & Sequana, Oceano Germanico & Rheno, ab ejus ostiis ad Helvetios usque cõcluditur. Octavianus Augustus (qui I. Cæsari in Imperio successit) totum hunc terræ tractû tres in partes distinxit, videlicet in GERMANIAM PRIMAM seu superiorem, GERMANIAM SECUNDAM seu inferiorem, & BELGICAM propriè dictam: ut ex Dione lib. 53. & Tacito lib. 1. Annalium datur intelligi. Constantinus demum Magnus Imp. Belgicam propriè dictâ in PRIMAM & SECUNDAM diuisit.

In Belgica prima (cuius metropolis Augusta Treverorum) quattuor civitates seu populi numerantur, Treveri, Mediomatrici, Leuci & Veroduni.

In Belgica secunda (quæ omnium latissimè patuit) populi X. commorantur, Remi, Suesiones, Catalauni, Sylvanectes, Bellovaci, Ambiani, Veromandui, Atrebatæ, Nervij, Morini, & in his Bononienses. Nerviorum clientes I. Cæsar facit Centrones, Grudios, Gordunos, Pleumosos & Leucos. Morini à Moris (nostrâ linguâ Moeren, hoc est, paludibus) sic dicti, medias inter paludes habitabant: quæ nunc occidua est Flandriæ regio. Belgicæ porro secundæ metropolis fuit Durocortorum Remorum.

Germaniam primam seu superiorem Vangiones, Nemetes & Tribocci incolunt. Sub Vangionibus non solum Wormatienses, sed & Moguntini olim continebantur. Sed Moguntiacum ad Rhenum & Mœni confluentes postea à Romanis ædificatum, metropolitica in Germania secunda dignitatem demum obtinuit, hodieque obtinet.

In Germania secunda seu inferiore (cuius metropolis Colonia Agrippina) populi præcipui duo sunt, VBI & TVNGRI: nam ad illos duos cæteri ferè revocari possunt. Sub Tungris comprehenduntur ij populi, quos Cæsar uno nomine Germanos appellari dicit, videlicet Eburones, Condusij, Pamanij, Segni, & Cæsi. Qui quidem populi quinque, cum Advacis & Betasij, generali Tungrorum nomine, subsequenti bus seculis, comprehensi fuerunt.

TOXANDRI partim maritimi, partim mediterranei olim fuerunt. Maritimi exera, hoc est, Zelandicas insulas incolabant: mediterranei hodiè Campinenses appellantur. Quæ quidem loca, I. Cæsaris ævo, à Menapijs tenebantur: quorum pars verisimiliter Toxandri ipsi fuerunt.

Via militares Romanorum per Galliam Belgicam: ex Antonini Augusti, cognomento Philosophi, Itinerario.

ITER ab Argétorato ad Vetera Castra. Breucomagus, Broumad, Cõcordia, Kocherspey; Noviomagus ad Rhenum, Spey; Bingium, Bingen; Baudobriga, Boppard; Antunnacum, Andernach; Bonna, Bon; Colonia Agrippina, Colen; Durnomagus, Dournagen; Buruncum, Burick; Novesium, Nuy; Gelduba, Gelb vicus; Calo, Celler; Vetera Castra, Santen, opidum Ducatus Clivenfis, à S. Victore alijsque sanctis Thebæ legionis militibus, eo loco Maximiani Imp. iussu, pro Christo an. 298. cæsis, sic dictum.

Iter à Durocortoro Remorum Gessoriacum seu Bononiam. Suesiones, Soissons; Noviomagus, Noyon; Ambiani, Amiens; Pontes, Pontieu; Gessoriacum, Bologne.

Iter à Durocortoro Treveros. Longovicus, Longvig, uno milliari ab urbe Treveris; Epofium seu Epofillus vicus, Irois, nunc opidum Ducatus Luxemburgensis; Orolaunus vicus, Arlon, opidum Ducatus eiusdem; Epternacum, Echternach, opidum ditionis eiusdem; Treveri, Trier.

Iter à Lugduno Batavorum, capite (hoc est, initio) Germaniarum, Argentoratum. Albinianæ, Alfen vicus; Traiectus Rheni, Vtrecht; Manariacum, Maurich vicus ad Rhenum. Carvo, Grave Cluverio, Reynecom alijs, Arenacum five Arenacium, Arnhem; Burginacium, Cranenburg; Colonia Trajana, Kelle, vicus prope opidum Clivenfis; Vetera, Santen; Calo; Novesium; Colonia Agrippina; Antunnacum; Confluctes, Coblent; Bingium, Bingen; Noviomagus ad Mosellam, Numagen, Aufonio Nivomagus; Treviri; Divodurum Mediomatricum, Metz; Pons Saravi, Sarbrug; Argentoratum, Strassburg.

Iter à Treveris Coloniam Agrippinam. Beda vicus, Bidburg; Aufana, Pallesheid; Ecorigium vel Icorigium vicus, Ruy; Marcomagus, Duren, opidum ditionis Iuliensis, Tacito Marcodurum; Belgica, Bullingen vel Balck-husen; Tolbiacum vicus Vbiorum, Zulich, nunc opidum diocesis Colonienfis.

Iter à Treveris Argentoratum. Baudobrica, Boppard, opidum diocesis Colonienfis; Salisso; Bingium, Bingen, opidum diocesis Moguntinæ, ad Bingham fluvium, ubi Naca fluvius in Rhenum influit; Moguntiacum; Brotomagus, Brovad; Noviomagus ad Rhenum, Spier; Argentoratum.

Iter à Colonia Trajana Coloniam Agrippinam. Mediolanum, Moyland; Sablones, Sambeke int Sandt, vicus; Mederiacum, Mierle; Teudurum, Tuddert, municipium prope Sittardiam ditionis Iuliensis opidum; Coriovallum, Valkenburg, opidum ditionis Limburgensis; Iuliacum, Gultick; Tiberiacum, Berchem, Ducatus Iuliensis opidum; Colonia Agrippina.

Iter à portu Gessoriacensi Bavacum seu Bagacum usque. Taruenna Morinorum, Taruane, urbs episcopalis, an. 1553. iussu Caroli V. Imp. funditus excisa; Castellum Morinorum, Cassel Flandriæ occidua opidum, in monte situm; Viroviacum, Verveke, municipiû ad Lisam; Turnacum, Tournay, urbs episcopalis ad Scaldim; Pons Scaldis, Escapont vicus primo lapide supra Condatum, prope vicum Eresne; Bavacum seu Bagacum, Bavy, Hannoniæ opidum.

Iter à Castello Morinorum, per compendium, Turnacum usque. Minariacum, Pont d'Estre, quod est municipium gentis Montmorenciæ, Comitatus titulo clarum, ad Lisam fluvium; Turnacum, Tournay.

Iter à Castello Morinorû Colonia Agrippinâ. Minariacû, Pont d'Estre; Nemetacû, Arras, Cæsari Nemetocenna, caput Atrebatû; Camaracû, Cambray; Bavacû, Bavy; Vogdoriacum five Vodogoriacû, VVaudrè, vicus prope Binchium Hannoniæ opidû; Geminiacû (quod nonnulli volunt hodie esse Gemblacum, Gillou, Gallo-Brabantia opidum, sed non rectè: Gemblacum enim logè abest à via militari, illo in tractu notissima) Perviciacum, Perwez, vicus Gallo-Brabantia, titulo Baronis clarus; Advatucum five Advaca Tungrorum, Tongre; Cortiovallum; Iuliacum; Colonia Agrippina.

Iter à Taruenna Durocortorum Remorum. Nemetacum, Arras; Camaracum; Augusta Veromandorum, Vermand l'Abbaye; Aginum; Augusta Suesionum, Soissons; Fines, Fimes opidulum sexto lapide à Remensi urbe situm; Durocortorum, Reims.

Iter à Samarobriga seu Samarobriua Ambianorum Suesiones usque. Curmiliaca, Croicy; Cæsaromagus Bellovacorum, Beauvois; Litanobriga seu Latanobriga, Creil; Augustomagus Sylvanectum, Senlis; Suesiones.

Iter à Bagaco Nerviorum Durocortorum Remorum usque. Duronum, Doren; Verbinum, Vervin; Carisiacum vel Catuliacum, Chaouis; Minaticum, alijs Nintiacum, Nizy le Comte; Muenna, alijs Ouenna; Durocortorum, Reims en Champagne.

Via militares ex Tabula itineraria Peutingeriana, circa annum Christi 400. concinnata.

ITER ab ostio Rheni usque Noviomagum ad Vahalim fluvium. Lugdunum Batavorum, Leyden; Prætorium Agrippinæ, Roomburg; Matilo, Condekerke vicus; Albinianæ, Alfen vicus; Niger pullus, VVoerden, opidû Hollandiæ; Lauri,

Laurum opidum Hollandiæ; Flectio, Flecten seu Pluten, vicus inter Traiectum Rheni & Woerdam; Leuæ fanum, Leuyven; vicus; Carvo, Grave opidum ad Mosam; Castra Hercules, Erkelens opidum ditionis Gallicæ; Noviomagus, Nimmegen. Ceterum Magus, veteri linguâ Celticâ, idem est quod Traiectus.

Aliud iter ab ostio Rheni usque Noviomagum. Lugdunum, Leyden; Forum Adriani, Voorburg seu Foorburg; Flevium, Delft, opidum Hollandiæ, ad Fossam Corbulonis situm; Tabla, Alblas vicus; Calpingium, Giesseburg arx nobilis; Ad Duodecimum, locus videtur idem esse, qui Vada Tacito in aduersa ripa dicitur, VVageningen; Noviomagus, Nimmegen.

Iter à Castello Morinorum ad Bagacum Nerviorum. Castellum Morinorû Viroviacum; Turnacum; Pons Scaldis; Bagacum seu Bavacum.

Aliud iter à Castello Morinorum ad Bagacum; Castellum Morinorum. Taruenna; Teucera, Tièvre vicus Artesiæ, ad Alciam fluuiolû, prope opidum Pui; Samarobriga; Augusta Veromandorum; Augusta Suesionum.

Aliud iter Augustam usque Suesionum. Samarobriga; Setucis; Rodium, Roye; Lura; Augusta Suesionum.

Aliud iter Augustâ usque Suesionum. Lutomagus; Ad Lullia, Argoules; Duroicoregus, Dourrier, municipiû Artesiæ; Semcis; Rodium, Roye; Lura; Augusta Suesionum.

Iter à Noviomago Batavorum ad Confluentes. Noviomagus, Nimmegen; Arenatum seu Arenacum; Burginacium, Cranenburg ditionis Clivenfis opidum; Colonia Trajana, Kelle; Vetera Castra, Santen; Asciburgium, Ptolemæo Asiburgium, Asburg; Novesium; Agrippinensis Colonia; Bonna; Rigomagus Remnegem; Confluentes, Coblent.

Iter à Noviomago Coloniam Agrippinam per Atuacam Tungrorum. Noviomagus; Cevelum; Blariacum, Blerick; Catuallium, Feresina, Mafeyck; Atuaca, Tongre; Cartovallium, Aken; Iuliacum; Agrippinensis Colonia.

Iter à Colonia Treveros. Colonia; Marcomagus; Icorigium; Aufana; Beda; Augusta Treverorum: de quibus supra diximus.

Dignitates tam civiles quam militares per Galliam Belgicam: ex Notitia Imperij circa annum 432. scripta.

DVX ET PRÆSES GERMANIÆ PRIMÆ non nominatur in Notitia, eod quod Coloniam Agrippinam tunc Franci, pulsis Romanis, obtinerent.

DVX ET PRÆSES BELGICÆ PRIMÆ similiter omittitur: duæ tamen in ead dicuntur fuisse legiones, una Latorum Lagensium propè Tungros, altera Latorum Actorum in Epuso. Est autem Lagium, Lovaige, vicus ad fl. Iecora, primo lapide ab opido Tungrensi; cuius in cœmeterio hodieque exstant vestigia veteris arcis seu munimenti Romani.

DVX BELGICÆ SECUNDÆ. Sub cuius ditione fuerunt Equites Dalmatæ MARCIS in litore Saxonico, hodie Marjck, in litore Flandrico, inter Dunkercam & Gavelingam.

Sub eiusdem Ducis dispositione fuit Præfectus classis SAMBRICÆ, in loco Quartensi five Hornensi, & Tribunus militum Nerviorum in portu Gessoriaci, seu Bolonia.

Per Classem Sambricam sunt qui putant designari eam, quæ olim stationem habuerit cõtra Francos & alios barbaros in Sabi seu Sembra flumine, in Quartensi five Hornensi loco, hoc est, in veteri Romanorum castello, quod hodieque in rupe exstat, inter Quartensem & Hornensem vicos Hannoniæ, Quartes & Hany, ad Sabim, haut procul à Melbodio Hannoniæ oppido: ubi & pons antiquus super Sabi monstratur. Alij Classem Samaricam legunt, & hinc notari existimant eam, quæ stationem habuerit haut procul ab Oceano in Samara flumine, & in loco Quartensi five Hornensi, hoc est, in vicis Crotoy & Hourdel.

COMES ARGENTORATENSIS.

DVX MOGONTIACENSIS: sub cuius dispositione fuerunt,

Præfectus militum Pacensium, Salerione,

Præfectus militum Menapiorum, Tabernis,

Præfectus militum Anderenicianorum, in Vico Iulio,

Præfectus militum Vindicum, in Nemetibus,

Præfectus militum Martensium, ad Altam ripam,

Præfectus militum secundæ Flaviae, in Vangionibus,

Præfectus militum Armigerorum, Moguntiaci,

Præfectus militum Bingenensium, Bingen,

Præfectus militum Balistiarum, Bodobrica,

Præfectus militum Defensorum, in Confluentibus,

Præfectus militum Acinensium, Antunnaci.

THESAURI præterea fuerunt Remis, Augusta Vindellicorum, Lugduni, Arelate, Nemausi & Treveri.

ARGENTARIÆ Remis, Treveris & Arelate: quibus præerat Præpositus Brambariciorum.

MONETÆ Treveris, Lugduni & Arelate.

GYNECEVM seu Gynecium (id est, locus in quo mulieres consuebant vestes militares, vela & alia id genus) fuit Remis, Tornaci, Treveris, Lugduni, Arelate & Augustoduni; quod postea translatum est Metas.

Fuerunt & FABRICÆ; Argentoratensis armorum omnium; Matisconensis, sagittaria; Augustodunensis, lorica; Suesionensis, scutaria, balistaria, clibanaria; Remensis, spataria; Treverensis, scutaria & balistaria, Ambianensis, spataria & scutaria. Fuit denique LINTIFICVM Viennense.

In XII. Legionibus Palatinis fuerunt & hæc legiones: TVNGRIANI seniores, lecti ex Tungris, quorum Amm. Marcellinus lib. 26. & 27. meminit. Cimbriani, lecti ex Cimbris, qui sub Comite Africa militabant.

In LX. auxilijs Palatinis fuere BATAVI seniores, qui interdum Comiti Italiae parebant, interdum inter auxilia Palatina primi Magistrum militum presentalis numerabantur. Ammianus lib. 20. & 27. eos Herulis iungit, quia simul militabant, vocatque eos Auxilium velitare. MATTA CI seniores sub Comite Italiae, & in Oriente sub primo Magistro militum presentali merebãt. NERVII fragitarij, ut & Tubantes, sub Comite Hispaniarum stipendia faciebant. Salij, Bructeri, amplivarij, BATAVI juniores, NERVII Gallicani, sagittarij, & CORTORIACENSES sub Magistro equitum in Gallijs militabãt. Sequani & TVNGRI Comitem Illyrici sequebantur.

In legionibus Comitatenfis Magistrum peditum per Orientem fuerunt MENAPII seniores, Vesontes seu Vesontionenses, Martiarj juniores & Germanicani. Sub dispositione Comitris & Magistrum equitum presentalis, inter Vexillationes novem Palatinas, itemque sub Comite ac Magistro equitum Galliarum, fuerunt equites BATAVI seniores, & equites Batavi juniores. Haftenus ex Notitia Imperij.

Bavaci Antiquitates Romane.

VT olim Romæ, sic hodieque Bavaci, quod est opidum Hannoniæ, Bavy, in medio foro COLVNA MILLIARIA exstat, ad quam viæ septem militares finiuntur, vel potius ordiuntur. In eodem opido etiamnum videntur muri ac ruinae CIRCI à Romanis structi formâ oblonga: vulgò Chastel vocant. Circus iste in longitudine ad DCL. pedes & in latitudine ad trecentos L. olim patuit: ut ex fundamentis ac rudericibus colligi datur. Sub ipso templo parochiali Bavacensium parietina velut cryptæ restant, quas THERMARVM reliquias esse, eundis suspicantur. Extra opidum videntur AQUAEDUCTVS insignis & amplus, qui factus olim initio ab ipso opido, ultra Sabim fluvium, usque ad vicum Floriacum, vulgò Florisjes, ad quatuor circiter milliaria extenditur. Muri ipsius Aquaeductus plerisque locis adhuc sunt integri, & ab accolis Muri de Aydu nuncupantur. Ay nostris majoribus idem quod aqua, Du, id est, ductus. In dicto vico hodieque fons ipse fuit, & restant vestigia Romanorum ædificiorum rudera. Porro in opido & agro Bavacensi plurima quotidie numismata, opera item signilina, aliisque antiquitatis Romane monumenta erunt. Inter numismata sunt ea frequentissima, quæ Postumum tyranum expriment, utpote qui annis decem in Belgica sededit, res multas contra Francos irrupentes præclare gesserit, & annis septem imperium Galliarum tenuerit. Fuit autem Bavacum seu Bagacum olim urbs potens, ampla & splendida, ut ipse latentium ac restantium operum moles loquitur. Ex Ptolemæo certè constat, Bavacum olim fuisse urbem primariam Nerviorum: ideoque existimo, superiorem Nerviorum Episcopum (qui Concilio Agrippinensi, cum S. Servatio Tungrorum Episcopo, an. 349. interfuit) non Tornaci, sed Bavaci sedidisse; sedemque Episcopalem Nerviorum Bavaco Cameracum translata fuisse, Bavaco à Francis primùm, deinde à Vandalis & Hunnis, cum Belgica panè univèrsa, vastato. Hæc de Bavaco, ROMA inquam BELGICA, hoc loco dixisse sufficit. Plura qui volent, nostros Annales Belgicos consulant.

A. Miræus Brux. publicabat.

G. Escrix approbavit.

